

Aduertencias para

Ordinum Prędicatorum reijceret ex maleuo-  
lencia, & sine causa, cum sint à Pręlato suo le-  
gitime pręsentati, habet in Religionis fauo-  
rem, ipso iure à Papa Clemente. §. in Cle. Du-  
dum. De Sepult. approbationem & iurisdic-  
tionem: quia in proposito licentia legitimę  
petita, si iniuste negetur, censetur concessa ip-  
so iure. Hoc manifeste probatur per verba  
dicte Clementine. §. Si vero, vbi dicitur. Si  
vero iidem Pręlati pręfatis Fratribus ad con-  
fessiones [vt pręmittitur] audiendas electis  
huiusmodi exhibere licentiã recusarint: nos  
ex nunc ipsis vt confessiones sibi confiteri vo-  
lentium liberę licitęquę audire valeant, &  
eisdem penitentias imponere salutare: atque  
eisdem beneficium absolutionis impartiri  
gratiosę concedimus de plenitudine Aposto-  
licę potestatis. Nec Concilium Tridentinum  
intendit iuri communi derogare. Tum quia  
huiusmodi pręsentatus, & sine causa ab Epif-  
copo rejectus, habetur pro approbato ab eo, si-  
cut & regularis petens licentiam transeundi  
ad regulam strictiorem, negata ea sine iusta  
causa, habetur pro licentia donato: prout di-  
citur in iure, cap. Licet. de Regula. Et sicut  
Abbas qui petijt tertio benedictionem ab E-  
piscopo,